

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3398

**Auteur(s)** : Richard, La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Louis VIII, France (roi)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1225, mars

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

L'abbé Richard et les moines de Lyre abandonnent à Louis [VIII], roi de France, tout le droit d'usage dans la forêt de Breteuil, sauf les droits de panage et de pâturage et la dîme de revenus de ladite forêt. Ils retiennent en outre sept serviteurs, six bourgeois de Lyre, tous leurs hôtes tant de La Neuve-Lyre que de La Vieille-Lyre et leurs porchers. Pour cette concession, le roi leur donne 88 arpents de bois dans la haie de Lyre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 335, p. 50-51.

## Dissertation critique

Pâque tombe le 30 mars en 1225.

Texte établi d'après a

Universis Xpisti fidelibus presentes litteras inspecturis, Richardus abbas Lire totus que ejusdem loci conventus, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos quitamus in perpetuum karissimo domino nostro Ludovico Regi Francorum illustri et heredibus suis totum usuagium quod nos habebamus pro capite et membris abbacie nostre in foresta Britolii, preter pasnagium et herbagium et decimam de exitibus dicte foreste, que nobis retinemus, sicut ea habuimus usque modo. Retinemus etiam nobis libertatem septem servientum nostrorum qui nobis serviunt et sex burgensium de Lira, qui sunt quiti de herbagio et pasnagio de propriis nutrituris suis, sine mercandisia facienda, et habent usuagium ad mortuum nemus in foresta Britolii extra deffensa, et retinemus nobis omnes hospites nostros tam de Lira Nova quam de Lira Veteri, qui habent mortuum nemus et pasturam in eadem foresta extra deffensa de propriis nutrituris suis sine mercandisia facienda, sicut burgenses domini Regis. Retinemus etiam nobis homines de Ribremont, de Trisayo, de Bosco Hugonis, de Cellis, de Haymello et de Monte Rimeri, qui sunt quiti erga dominum Regem de pasnagio in dicta foresta de propriis porcis suis sine mercandisia facienda, et habent ibi pasturam animalium suorum, et usuagium ad mortuum nemus extra deffensa et quando dominus Rex mittit bigros in dictam forestam nos possumus ibidem mittere tres bigros, et habebimus liberum transitum victualium nostrorum ducendorum per forestam Britolii, sicut hactenus habuimus. Dominus autem rex Ludovicus donat et concedit in perpetuum nobis pro quitatione usuagii nostri predicta, octingenta et octo arpenta nemoris ad perticam suam in haya Lire et in magno nemore tenente ad hayam predictam infra metas positas, salvis viis et cheminis antiquis, tenenda et habenda nobis, libere et absolute, sine retentione custodie, de quibus etiam facimus omnino voluntatem nostram tanquam de re nostra propria sine facere villam et sine venari. Si vero cartas habeamus aliquas

contra tenorem carte presentis existentes, volumus eas non valere, nec eis utemur, quantum pertinet ad articulos in presenti pagina contentos. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus confirmari. Actum anno Domini M° CC° vicesimo quarto, mense marcio.